



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Vertebrae Coxae

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

fluxu sanguinis. Sed cum cæcæ sunt, tūc sūt tubercula quæ  
**Condylo** dant, quæ uocantur condylomata. de quibus diximus supra  
mata. & de his loquit̄ Cornelius septimo libro. At tubercula quæ  
condylomata appellantur, ubi induruerint hac ratione curā-  
tur. alius ante omnia educitur. Tunc uolsella tuberculum  
Excremē apprehensum, iuxta radices exciditur. Ab anno exeunt excre-  
ta. Excerne/  
re. Cornelius quarto. Quoniam portæ modo, in inferiores  
Oletum. partes, ea quæ excreturi sumus emitit. Oletum autem ster-  
cus humanum dicunt. Persius.

Veto quisquam faxit oletum.

**Foria.** Foria sunt stercora liquidiora. Vnde & foricas dictas putat  
**Forica.** Crepitus autem, & de alijs, de ano dicitur cum pedit. Plau-  
tus in Curculione. Vbi quid surripiere operto capitulo, cali-  
dum bibunt, tristes atq; ebrioli incedunt. eos ego si offende-  
ro, ex uno quoq; eorum ejciam crepitum polentarium.

## VERTEBRAE COXAE

Verte/  
bra.  
Coxæ.



THORACE siue truncō femora dependent,  
sed ubi annexuntur sunt uertebræ, quæ coxa  
quocq; dicuntur. Cornelius Celsus quarto renes  
uero diuersi, qui lumbis sub imis coxis inha-  
rent. Iuuinalis,

Hic coxa debilis ambos

Perdidit ille oculos.

Cornelius quinto, at cū uulua pœnissa est, dolor inguinib⁹ &  
coxis & femoribus est. Sed coxa id est os uertebræ, uocatur  
etiam

etiam coxendix. Suetonius in uita Augusti, Coxendice & Coxēdix  
 femore & crure sinistro nō perinde ualebat. Ut sāpe etiam  
 inde claudicaret. Quod autem coxa iuncturam uertebrarū  
 simul cum neruo uertebram continente, & os quoqz signifi-  
 cet, & superiora declarant, & ostendit Plinius iunior in epi-  
 stolis. hunc dūt sequitur, colligitqz, per leue & lubricum pa-  
 uimentum fallente uestigio cecidit, coxamqz fregit, quæ pa-  
 rum apte collocata, reluctantate atque male coit. Cornelius  
 Clesius quarto, Coxis proxima sunt genua, de osse intellexit  
 Hanc quidam sciām uocant. & hinc sciaticos dicunt qui co-  
 xendice claudicant. Vertebras libra regit, ut aiunt mathema-  
 tici. & M. Manilius non dissentit, quandoquidem dixit.

Libra regit clunes,

quæ ex ipsis uertebris fiunt ac pendent. Quod uertebras li-  
 bræ Iulius Firmicus tribuat, nō caret ratione. pendentes em-  
 pedes libram representant. De his satis nunc inferiora tra-  
 etabimus, promiscue anteriora & posteriora. non enim su-  
 perior ordo seruabitur.

Scia.  
Sciatici:

## FEMORA



VERTEBRIS ad genua sunt femora siue fœ-  
 mina. nam utrumqz extat, initium capiunt a par Femora.  
 te exteriori ubi tumor natum desinit, ab interi-  
 ori uero ubi flectuntur sedendo, Plautus in Mi-  
 lite, Ecce autē aduortit nixus lœvo in fœmine. ore habet lœ-  
 uam manum. dextra digitis rationem computat, feriens fe-  
 mur dextrum. L. Columella septimo. mox etiam conuenit  
 totos tractare & respergere mero, quo familiariores siat bu-  
 bulco, uteris quoqz & sub fœmina manum subiçere, ne ad

i 3 huiusmodi.